

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

CCXLV. Differentia 30. Iure Canonicō bona hæreticorum publicantur, &  
filii auferuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

quam pro alimentis relinquere, sequen-  
do l. fin. C. de bon. prescr. Nam Adri-  
anus Imperator quoque duodecimam  
bonorum pupillis attribuit. Idem bene-  
ficium aliis non impeditur, quia minus  
indigere videntur. V. Tholof. l. 45. c. 2.  
n. 11. & 12. Decian. l. 7. c. 10.

V. Quod Canones attinet, e. Si quis  
rapuerit, est Novella 124. c. 64. jubet-  
que ejus, qui diaconissam, ascetram,

vel monacham, aut aliam mulierem re-  
ligiosam vitam, aut habitum habentem  
rapuerit, sollicitaverit, vel corruperit,  
bona à religioso loco vindicari, in quo  
talis mulier habitabat, per religiosos  
episcopos, economos, & praesides pro-  
vinciarum. Ipsi insuper rei periculo ca-  
pitali subjiciantur, mulier autem ubique  
investigetur, & cum suis rebus tutiori  
monasterio reddatur.

## CCXLV.

## DIFFERENTIA 30.

Inre Canonico bona hereticorum publicantur. & filii auferuntur. c. Ver-  
gentis. 10. de hæret. c. Cum secundum eod. in 6. seculis jure civili. l.  
Agnovimus. C. de hæret. Authent. Idem est De Nestorianis  
eod Bartolus 143. Decianus l. 2. c. 20. n. 12.

I. Hæresis est error in intellectu vo-  
luntarius & liber, contra aliquem  
articulum, vel lententiam fidei, conju-  
ctus cum perrinacia. Hæreticus in quo  
talis error est. DD. cum S. Thom. in 2. 2.  
q. 11. art. 1. & 2. Explicationem singu-  
larum partium V. apud Filiuc. Tr. 22. c.  
6. De pœniis illorum, quæ multæ alibi,  
& summis communiter. Hic de solâ  
bonorum publicatione: de qua Alexander III. in c. Vergentis cit. In terris tempo-  
rali summi Pontificis jurisdictioni subje-  
ctis bona hereticorum publicentur: in  
aliis idem per rectores locorum obser-  
vetur: negligentes per censuram ecclæ-  
siasticam compellantur, nec ad eos bo-  
na illa unquam revertantur, nisi ex sola  
misericordia aliquis illorum misericri-  
volit: ut temporalis saltem pœna corri-

piat, quem spiritualis non corrigit disciplina. Cum enim secundum leges reis  
laesæ majestatis capite punitis bona pu-  
blicentur, eorum filii vita solummodo  
ex misericordia reservata, multò fortius  
illis, qui aberrantes à fide filium Dei Ies-  
sum Christum offendunt, à capite no-  
stro, quod est Christus, debent præ-  
scindi, & bonis temporalibus spoliari,  
quia gravius est æternam, quam tempo-  
ralem lacerare majestatem. Nec ex hære-  
ditatio filiorum catholicorum debet  
impedire censuram hujus leyeritatis  
prætextu alicuius misericordiæ, cum in  
multis casibus filii pro patribus tempo-  
raliter puniantur, & secundum Cano-  
nes, quandoque non solum puniantur  
rectores scelerum, sed etiam progenies  
damnatorum.

II. Ea-

II. Eadem Bonifacii VIII. sententia est in c. Cum secundum, nisi quod ipso iure hæretorum bona confiscata esse decernit, ita nimicum, ut à die commissi criminis, seu defensionis à fide dominio illorum privati sint, quemadmodum DD. intelligunt. Addit, confiscationis prædictæ executionem, bonorumque ipsorum occupationem per dominos temporales faciendam non esse, antequam per ecclesiasticum. Judicem sententia contra hæreticum hominem fuerit promulgata. V. Covarr. l. 2. Var. c. 8.

III. At cui cedent bona temporalia hæreticis erpta? Alia Juris, alia consuetudinis prescriptio est: nec eadem clerici & laici conditio, ut bene explicat Covarr. l. 2. Var. c. 9. n. 12. Clerici propter hæresin damnati, & habentis beneficium ecclesiasticum ad Ecclesiam, in qua habuit, bona pertinenter: non habentis beneficium Fisco Ecclesie cedunt, c. Excommunicamus §. Damnati, de heret. bona autem laici hæretici fisco seculari, ut probatur in di. §. Damnati, & juxta hanc distinctionem intelligendum est c. Cum secundum, de her. in c. ut ibi annotarunt Anchæ. Franc. Bald. item in l. Si quis presbyter, C. de episc. & cter. Sed quod bona immobilia clerici hæretici ad principem secularis pertineant, probat Oldrad. Consil. 17. sive si habuerit beneficium, sive non. Benedictus in c. Rayniti, de testame v. Et uxorem, n. 242. Rupellus. forens. Institut. l. 3. f. 307. Quod ideo fieri putat Felic. in c. Irrefragabili. §. Caterini, col. 1. quia ad eum spe-

stat executio confiscaonis facienda? Idem affirmat constitutionem. Cum secundum, per extravag. quasdam Romanorum pontificum tublatam esse, deinde sanctum, ut bona cuiuscunq; hæretici dividantur & quis portionibus inter Rom. ecclesiam, & episcopum hæreticæ prætatis inquisitorem. Quod in Hispania non observatur, sed in Fisco regis omnium hæretorum bona inferuntur, ut nimic impensæ fiant in ministros, & officiales, qui ad hæretorum inquisitionem, & extirpationem necessarii sunt. In Gallia quoque clericorum hæretorum bona mobilia episcopos auferre, immobilia seculares magistratus Ignat. Lopez in pract. Canon. 117. testatur. V. Iul. Clav. §. Hæresis. Simonca in Enchir. tit. 56. & preter sevam. Azor. l. 1. §. c. 7. Valent. III. q. 11. punc. 3. Diaz in pract. c. 114. Layman l. 2. tract. I. c. 16. n. 4. Farinas. l. 2. Consil. 117. & 140.

IV. Quod Jus civile attinet, Justinianus in l. Cognovimus cit. patri hæretico filios catholicos succedere in bonis permittit, & filiis non existentibus proximos: nullo existente Fiscus capit. Idem in Nestorianis, & Acæphalis faciendum mandat in Auth. Idem est, sed Bart. notatur secundum Constitutionem Friderici Imper. In die, quæ, §. 5. eandem legum, & Canonum dispositionem esse.

V. Tanner. III. D. 1. q. 8. dub. 6.  
n. 119. ubi in Germania  
prædictas leges con-  
trario usu cessa-  
re monet.

CCXLVI. DIF.